Pacta et Constitutiones

hetmana FILIPA ORLIKA

Historia, tradycja i współczesność

Międzynarodowa konferencja naukowa
poświęcona 300. rocznicy konstytucjonalizmu ukraińskiego

PACTA ET CONSTITUTIONES LEGUM LIBERTATUMQUE
Exercitus Zaporoviensis

INTER ILLUSTRISSIMUM DOMINUM DOMINUM PHILIPPUM ORLIK, NEOELECTUM DUCEM EXERCITUS ZAPOROVIENSIS, ET INTER GENERALES, COLONELLOS, NEC NON EUNDEM EXERCITUM ZAPOROVIENSEM, PUBLICO UTRIUSQUE PARTIS LAUDO CONVENTA AC IN LIBERA ELECTIONE FORMALI IURAMENTO AB EODEM ILLUSTRISSIMO DUCE CORROBORATA, ANNO DOMINI 1710, APRILIS 5, AD BENDERAM.

IN NOMINE PATRIS ET FILII ET SPIRITUS SANCTI , DEI IN SACROSANCTA TRINITATI GLORIFICATI.
Fiat ad perpetuam Exercitus Zaporoviensis gentisque Rossiacae gloriam et memoriam.

Mirabilis et incomprehensibilis Deus in iudiciis suis, misericors in diuturna patientia, iustus in poena, ut continuo a condito hoc visibili mundo, iustissima iudicii sui lance una regna gentesque exaltat, altera pro delictis et iniquitatibus humiliat, una demancipat, altera vindicat, una extollit, altera deprimit. Ita et gentem strenuam antiquamque Cosaticam, antea nominatam Cossaricam, prius exaltaverat immoritura gloria, amplo dominio et factis heroicis, quibus non solum vicinis nationibus verum et ipsi Imperio Orientali in mari terraque fuerat formidanda adeo, ut Imperator Orientalis pacificandam illam sibi intendens, connubio iunxerit stabili propriamque [2] dicavent filio suo filiam Cagani, hoc est principis Cosacorum. Post glorificatus in excelsis idem iustissimus Iudex Deus pro mulliplicatis iniquitatibus et peccatis, multitudine poenarum punitam eandem Cosaticam gentem deiecit, humiliavit et vix non aeveterna depressit ruina. Ad exlremum victricibus Boleslai Chrobry et Stephani Batorii, Regum Poloniarum armis, regno Poloniae subiugavit. Et quamvis immensus et inconceptibilis in iustis iudiciis suis Deus castigans castigaverat antenatos nostros numero plagarum innumero, tamen irascens et non ad extremum in malitia perseverans volensque ad pristinum libertatis praedicatam gentem Cosaticam, excuso pro tunc gravi iugo Polonico, restituere, suscitavit zelo Orthodoxae Religionis, patriae legum et libertatum veterum, fervidum propugnatorem, strenuissimum Ducem, aeviternae memoriae Theodatum Chmielniccium, qui auxilio Eius divino, invictissimis suppetiis Serenissimi Regis Sueciae, immortalis et gloriosae memoriae Caroli X, ac unitis auxiliatricibus Dominii Crymensis et Exercitus zaporoviensis armis suaque perspicaci industria, cura, opere et animi magnitudine, vindicato de servitute Polonorum Exercitu zaporoviensi genteque mancipata ac oppressa Rossiaca, subdidit sese et eam sponte sua absoluto Moscovitico Imperio, confisus ipsi tanquam unionis ritu nobis uniformi, quod obligationes suas pactis conventis constitutionibusque annexas, et iuramenti ligamento connexas observaverit, et in perpetuum Exercitum zaporoviensem gentemque liberam Rosiacam, iuribus legum ac libertatum inviolatis sub proteclione sua conservaverit; ast post obitum pie defuncti eiusdem Ducis Theodati Chmielniccii, cum idem Imperium Moscoviticum multis accquisitis modis et mediis conniteretur iisdem libertatis Exercitus zaporoviensis iuribus fide sua confirmatis derogare ac finalem ruinam inferre, gentisque liberae, vi armorum nunquam sibi adscitae, mancipale iugum imponere; tunc quoties Exercilus zaporoviensis in his violentiam patiebatur, toties compulsus fuerat sanguine proprio et audaci nisu integritatem legum ac libertatum suarum defendere, quarum defensioni ipse Deus iniuriarum vindex suppetiis suis propitius erat. Ad extremum cum iam nunc recenter sub auspiciis pie defuncti Ducis Illustrissimi Ioannis Mazeppae praefatum Imperium Moscoviticum intendens sua impia vota actu exequi retribuensque nobis mala pro bonis, loco greci animi, respectuumque iudiciorum pro tot tantisque fidelibus servitiis atque impensis in illa ad [3] ultimam sui ruinam militaribus sumptibus, pro innumeris heroicis actionibus ac bello consecratis cruentis laboribus, voluerat Cosacos in regularem militiam transformare, urbes ditioni suae adigere, iura ac libertates evertere, Exercitum zaporoviensem, in inferioribus partibus Borysthenis degentem, eradicare et nomen eius in aeternum delere, quorum omnium evidentia erant et nunc exstant indicia, documenta ac initia; tunc praefatus piae memoriae Dux Illustrissimus, Ioannes Mazeppa, iusto motus zelo pro integritate patriae legum ac libertatum Exercitus zaporoviensis, et anhelanti desiderio flagrans, in diebus Ducatis suae praeeminentiae intueri, et post decessum suum propter aeviternam nominis sui memoriam, eandem patriam nostram, ac utrumque Exercitum zaporoviensem non inodo intactis, verum ampliatis et auctis libertatibus florentem relinquere, contulit sese invictissimae protectioni Serenissimi ac Potentissimi Regis Sueciae Caroli XII speciali divina providentia cum copiis suis in Ucrainam diversi, insistendo vestigiis antecessoris sui piae memoriae strenuissimi Ducis Theodati Chmielniccii, qui cum Serenissimo Rege Sveciae S-ae R-ae Maiestatis univoco avo Carolo X, unanimi consensu et stratagemmatum industria in eliberanda patria sua e gravi protunc Polonica servitute conferens, non minus sortitus votis suis conforme auxilium, pro divertendis armis Polonicis. Et quamvis immensa iudicia Dei, tam zelosa pie defuncti Ducis intenta, contrario mutabilis bellorum sortis eventu non solum eluserint, sed ipsum quoque hic Benderae iura mortalitatis subeundum adigerint; attamen orbatus post obitum antesignani sui Ducis Exercitus zaporoviensis, non desperans optandam sibi libertatem collocansque firmam spem in auxilio Dei, in protectione Seneressimi ac Potentissimi Regis Sueciae atque in iusta sua causa, quae semper triumphare solet, ad promovendam eam propterque meliorandum militarem Ordinem constituit communi officialium Generalium laudo insistens approbanti vota sua Serenissimi Protectoris Nostri S-ae R-ae Maiestatis Sueciae menti eligendum novum Ducem, cuius electionis praefixo tempore, cum in competenti huic actui electorali loco prope Benderam ad ineundum publicum consilium cum Praeside suo, Domino Constantino Hordienko, Attamano Praetoriano, convenisset, tum omnes non dissono animo cum Generalibus, Officialibus cumque missis ab Exercitu zaporoviensi in Siecz degenti, in unum pro veteri consuetudine, legibusque antiquis eligerunt sibi [4] liberis votis Ducem Dominum Dominum Philippum Orlik, dignum tantae Ducalis dignitatis capacemque, cum auxilio divino, suffragante sibi. S-ae R-ae Maiestatis Sueciae, alta rerum intelligentia et experientia munus hoc Ducale in praesenti turbido statu onerosum et periculosum baiulare, de publicis patriae negotiis solicitam animo volvere curam, consulere, regenda regere ac dirigere. Quoniain vero nonnulli Praeteritorum Ducum adhaerentes despotico Moscovitico Imperio usurpandum sibi audaci nisu ambiebant contra ius et aequum absolutum Dominium, quo violare non erubuerant antiquas Exercitus zaporoviensis leges et libertates non sine gravi onere plebis. Igitur Nos Generales praesaentanei et Nos Attamanus Praetorianus cum Exercitu zaporoviensi praeveniendo tantis praeiudiciis, maxime hoc ad peragendum tantum opus, commodo tempore, cum idem Exercitus zaporoviensis non alio fine sub protectionem S-ae R-ae Maiestatis Sueciae confugerit et nunc fortiter in ea perseverat, nec vacillat, solum propter corrigendas ac sublevandas depressas leges ac libertates suas, inivimus pactum constituimusque cum Domino Domino Philippo Orlik neoelecto Duce, ut non solum Illustrissima, Excellentia Sua, in diebus felicis utinam sui Ducatis regiminis cuncta haec sequentia punctis expessa et fide sua iurata pacta et constitutiones inviolate observaret, verum etiam et

10-11 grudnia 2010 roku
Centrum UCRAINICUM KUL

Otwarcie: godz. 10.00
Instytut EuropyŚrodkowo-Wschodniej (ul. Niecała 5)

patronat honorowy *JE Prof. Markijana Malskiego*
Ambasadora Ukrainy w Rzeczypospolitej Polskiej

Następca Iwana Mazepy, hetman *Filip Orlik* będąc na uchodźstwie napisał w 1710 r. traktat *Pacta et Constitutiones legum libertatumqe Exercitus Zaporoviensis* uchodzący za pierwszą Konstytucję Ukrainy. Akt ten opisywał zarys ustroju Kozaczyzny po oswobodzeniu się spod moskiewskiej dominacji.

Organizatorzy i współorganizatorzy Konferencji:
Centrum UCRAINICUM KUL

Narodowy Uniwersytet Państwowej Słu by Podatkowej Ukrainy (Kijów) ✠ Wydział Prawa, Prawa Kanonicznego i Administracji KUL ✠ Konsulat Generalny Ukrainy w Lublinie i Konsul Honorowy Ukrainy w Chełmie ✠ Instytut Europy Środkowo-Wschodniej ✠ Instytut Polski Narodowego Uniwersytetu Wołyńskiego im. Łesi Ukrainki (Łuck) ✠ Katedra Stosunków Międzynarodowych PWSZ (Chełm) ✠ Gazeta Polaków na Ukrainie „Kurier Galicyjski” ✠ Fundacja „Otwarty Dialog” ✠ Stowarzyszenie „Wspólne Korzenie”